

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XXV. De sensualitate. Et habet ar. septem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

## QVÆST. XXV. DE SENSVALITATE, ART. I.

ad bonum dirigitur, sic uerum est quod sine gratia homo non potest se præparare ad habendum gratiam gratum facientem. Quod quidem patet dupli ratione. Primo quia impossibile est hominem in cipere aliquid de nouo, nisi sit aliquid quod ipsum moueat, sicut patet per Philosopham in 8. Physic. quod motus animalium post quietem necesse est præcedere alios motus, quibus anima excitatur ad agendum. Et sic cum homo se ad gratiam incipit præparare, de nouo uoluntatem suam conuertendo ad Deum, oportet quod ad hoc inducatur aliquib⁹ exterioribus actionibus, utpote exteriori admonitione, aut corporali ægritudine, aut aliquo huiusmodi, vel aliquo interiori instinctu, secundum quod Deus in mentibus hominum operatur, uel etiam utroque modo: haec autem omnia ex diuina misericordia homini prouidentur. Et sic ex diuina misericordia contingit, quod homo se ad gratiam præparat. Secundo quia non qualiscumque motus uoluntatis est sufficiens preparatio ad gratiam, sicut nec qualiscumque dolor sufficit ad remissionē peccati: sed oportet esse aliquem determinatum modum. Qui quidem modus homini notus esse non potest, cum ipsum donum gratiae cognitionem hominis excedat: non enim potest sciri modus præparationis ad formam, nisi forma ipsa cognoscatur. Quandocunq; aut ē ad aliquid faciendi requiritur aliquis certus modus operationis ignotus operari, operas indiget gubernante & dirigente. unde patet quod liberum arbitrium non potest se ad gratiam preparare, nisi ad hoc diuinus diriga. Et propter has duas rationes dupli ci modo loquendi in scripturis Deus exoratur, ut hanc preparationem gratiae in nobis operetur. Vno modo petendo quod nos conuertat, quasi ab eo in quo erramus ad se cōuerterat, & hoc propter primam rationem, ut cum dicatur. Conuerte nos Deus salutaris noster. Secundo petendo, quod nos dirigat, ut cū dicitur, dirige me in veritate tua, & hoc propter secundam rationem.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod uidetur nobis, quod conuertamus nos ad Deum, quia hoc facere possumus, sed non sine diuino auxilio: unde ab eo petimus. Tre. quarto, Conuerte nos Domine ad te & conuertemur.

**AD SECUNDUM** dicendum, quod nos aperire cor nostrum Deo possumus, sed non sine diuino auxilio: unde ab eo petitur secundo Machabœoru⁹ primo, Adaperiat Dominus cor uestrū &c. Et sic dicendum est ad alia, nā nec præparare, nec uelle homo potest nisi hoc Deus in eo operetur, ut dictum est.

In corp. art.

### QVÆST. XXV.

De sensualitate.

In septem articulos divisa.

- ¶ Primo, Vtrum sensualitas sit vis cognitiva, uel appetitiva tantum.
- ¶ Secundo, Vtrum sensualitas sit simplex potentia, vel dividatur in plures potentias, scilicet irascibilis & concupisibilis.
- ¶ Tertio, Vtrum irascibilis & concupisibilis sit tantum in appetitu superiori vel inferiori.
- ¶ Quarto, Vtrum sensualitas obediat rationi.
- ¶ Quinto, Vtrum in sensualitate possit esse peccatum.
- ¶ Sexto, Vtrum concupisibilis sit magis corrupta, & infecta, quam irascibilis.
- ¶ Septimo, Vtrum sensualitas in uita illa curari possit a corruptione prædicta.

### ARTICVLVS PRIMVS.

Verum sensualitas sit vis cognitiva, vel appetitiva. QVÆSTIO est de sensualitate, & primo quæstur, vtrum sensualitas sit vis cognitiva, vel appetitiva tantum. Et videtur quod si vis cognitiva ut dicit Magister in secundo Sententiarum distinct. 24. quod in Anima nostra reperies aliquid commune cum bestijs, quod ad sensualitatem pertinet: sed vires sensitivæ cognitivæ sunt nobis, & bestijs communes. ergo ad sensualitatem pertinet.

¶ 2 Præt. August. 12. de Trinitate dicit, quod sensualis animæ motus, qui in corporis sensu interditur, nobis, & pecoribus cōis est, & scelus ratione sapientiæ, & hoc exponens subiungit, quippe corporis corporalia sentiuntur, ratione, & immutabilia spiritualia ratione sapientiæ, liguntur: sed sentire corporalia est cognitio, ergo sensualitas, cuius ē actus sensualis motus, est vis cognitiva. Sed dicendum, quod Aug. hoc subiungit, ut manifestet obiecta sensum: sic enim motus sensualitatis intenditur in corporis sensu, in quantum versatur circa sensibilia.

¶ 3 Sed contra. August. hoc subiungit ad offendit, quomodo sensualitas a ratione secludatur: sed circa corpora, que Augustinus dicit esse obiecta sensuum, ratio veritatis, & inferior disponit, & superior iudicando, & sic per hoc non secludit sensualitas a ratione. ergo Augustinus non intendit hoc, quod dicitur.

¶ 4 Præt. In progressu peccati, quod in nobis, ut Aug. ibidē dicit, sensualitas tenet locum secessus: serpens autē in tentatione primoru⁹ patenti habuit, ut nuntians, & proponens peccatum, quod est cognitiva, nō aut appetitiva, gaens etiam peccatum. ergo sensualitas est vis cognitiva.

¶ 5 Præt. Augustinus dicit, in eodem libro, quod sensualitas vicina est rationi scientiæ, non autem vicina est, si est solum appetitiva, cum ratio sit vis cognitiva: sic enim ad aliud genus poterit anima pertineret. ergo lenitatis est cognitiva, & non tantum appetitiva.

¶ 6 Præt. Sensualitas secundum Augustinum decimo de Ciuitate Dei distinguuntur, & a ratione superiori, & ab inferiori, in quibus appetitus superior, qui est voluntas, continetur, alias in eis peccatum mortale esse non posset: sed appetitus inferior non distinguuntur, ut alia potentia ab appetitu superiori, ut probabitur. ergo sensualitas non est appetitus inferior, est autem aliqua vis animæ inferior, ut ex eius definitione appareat. ergo est vis cognitiva inferior. probatio media, differentia per accidentes obiectorum non indicat differentiam potentiarum secundum speciem: non enim vias dividuntur per hoc, quod est videre hominem, & videre alium homo enim, & asinus accidenti visibili: in quantum est visibile: sed appetitus apprehensum a sensu, & apprehensum ab intellectu, per quæ videntur superior, & inferior appetitus distinguuntur, accidenti appetibili in quantum est appetibile, cum appetibile in quantum appetibile, sit bonum, et accedit apprehendit sensu, vel intellectu. ergo appetitus inferior non est alia potentia a superiori, sed dicendum, quod duo appetitus prædicti distinguuntur per bonum simpliciter, & bonum, ut punc.

¶ 7 Sed cōtra, sicut se hēt intellectus ad verū, ita se habet appetitus ad bonū: sed verū simpliciter, qd

est necessarium, & verum, vt nunc quod est continens, non distinguunt intellectum in duas potentias. ergo nec penes bonum, vt nunc, potest distingui appetitus in duas potentias.

¶ 8 Præt. Bonum, vt nunc, est bonum apparet, vt videretur, bonum autem simpliciter est verum bonum: sed appetitus superior quandoq; in bonum apparet cōsentit, & appetitus inferior aliquod verum bonum interdū appetit, sicut ea quæ sunt corporis necessaria. ergo bonum, vt nunc, & bonum simpliciter, non distinguunt superiorem, & inferiorem appetitum; & sic idem quod prius.

¶ 9 Præt. Vis sensuia cōtra appetituā diuiditur, ut patet per Philosophum in primo de Anima, vbi quinque genera actionum animæ distinguunt. scilicet nutritio, sentire, appetere, moueri secundum locum, & intelligere. sensualitas autem sub sensuia continetur, vt ipsum nomen demonstrat. ergo sensualitas non est vis appetitiva, sed cognitiva.

¶ 10 Præt. Cūcunq; cōuenit definitio, & definitum: sed definitio sensualitatis, quā Magister ponit 24. dist. secundi libri Sententiarum, cōuenit rōni inferiori, quæ interdum intendit circa corporis sensus, & circa ea quæ ad corpus pertinent. ergo rō inferior, & sensualitas sunt idem: sed ratio est vis cognitiva, ergo & sensualitas.

SED CONTRA est, quod in definitione sensualitatis dicitur, quod est appetitus rerū ad corpus pertinens.

¶ 11 Præt. Peccatum in appetendo est, nō solum in cognoscendo: sed in sensualitate aliquid peccatum est leuissimum, vt August. dicit duodecimo, de Triariate. ergo sensualitas est vis appetitiva.

RESPON. Dicendum, q; sensualitas nihil aliud est se videtur, quamvis appetitiva sensuia partis. Et dicunt sensualitas quasi aliqua sensu derivata. Motus enim appetituæ partis ex apprehensione quodammodo oritur, quia omnis operatio passus ab actu originem sumit. Appetitus autem potentia passiva est, quia moueretur appetibili, qd est mouens non motum, vt dicitur in tertio, de Anima. Appetibile vero non mouer appetitu nī apprehebens. In quantum ergo ex appetibili apprehensio per sensum mouer vis appetitiva inferior, eius motus sensualis dicitur, & ipsa potentia sensualitas nominatur. Hic autem appetitus sensibilis medius est inter appetitum naturalem, & appetitum superiorem rationalem, qui voluntas nominatur. Quod qd est ex hoc inspici potest, quod in quolibet appetibili duo possunt considerari, scilicet ipsa res, quæ appetitur, & ratio appetibilitatis, vt delectatio, vel utilitas, vel aliquid huiusmodi. Appetitus ergo naturalis tendit in ipsam rem appetibilem sine aliqua apprehensione rōnis appetibilitatis: nihil enim est aliud appetitus naturalis, quam quædam inclinatio rei, & ordo ad aliquam rem sibi cōuenientem, sicut lapidem ferri ad locū deorsum. Quia vero res naturalis in suo esse naturali determinata est, & vna est eius inclinatio ad aliquam rem determinatam: vñ non existit aliqua apprehensio, per quam secundum rōnem appetibilitatis distinguuntur res appetibilis a non appetibili: sed hæc apprehensio præexistit in insitente natura, qui vnicuique natura dedit inclinationē propriam sibi cōuenientem. Appetitus autem superior, qui est voluntas, tendit directe in rōnem appetibilitatis absolute, sicut voluntas ipsam bonitatem appetit primo, & principaliter, vel vi-

A litarē, aut aliquid huiusmodi: hanc uero rē uel illā appetit secundario, in quantum est prædicta rationis particeps. Et hoc ideo, quia natura rōnalis est rāte capacitatris quod non sufficeret ei inclinatio ad unam rem determinatam: sed indiget rebus pluribus & diversis: & ideo inclinatio eius est in aliquid commune, quod in pluribus inuenitur. Et sic per apprehensionem illius communis tendit in rem appetibilem, in qua huiusmodi rationem appetendam esse cognoscit. Appetitus uero inferior cōsistit pars, qui sensualitas dicitur, tendit in ipsam rem appetibilem prout inuenitur in ea id quod est rō appetibilitatis: nō n. tendit in ipsam rōnem appetibilitatis,

B qui appetitus inferior non appetit ipsam bonitatem uel utilitatem, aut delectationē: sed hoc uile uel hoc delectabile, & in hoc appetitus sensibilis est infra appetitū rōnale: sed quia non tendit tantū in hanc rē aut tantū in illā: sed in omne id, quod est sibi uile uel delectabile, ideo est supra appetitū naturale, & pp hoc apprehensione indiget p qd delectabile a non delectabili distinguit. Et huius distinctionis signū eius est, qd appetitus naturalis hēt necessitatē respectu ipsius rei in quā tēdit, sicut graue necessario appetit locū deorsum. Appetitus aut sensuus nō habet necessitatē in re aliquā, ante quā apprehendatur sub ratione delectabilis uel utilis sed apprehensio qd est delectabile de necessitate scit in illud: non n. pōt brutū aīl inspiciens delectabile non appetit illud: sed voluntas hēt necessitatē respectu ipsius bonitatis, & utilitatis. De necessitate n. uult homo bonum sed nō hēt necessitatē respectu huius uel illius rei, quātūq; apprehēdat, ut bona, uel utilis. Qd ideo est, quia unaq; potētia hēt quandā necessariam habitudinem ad suū propriū obiectū: unde datur intelligi, qd obiectū appetitus naturalis est hac res inquātū talis res: appetitus uero sensibilis hæc res inquantū est cōueniens uel delectabilis, sicut aqua inquātū est cōueniens gustui, & non inquantū est aqua, obiectum uero propriū voluntatis est ipsū bonum absolute. Et sic dīffert apprehensio sēsus & intellectus: nam sensus est apprehendere hoc coloratū, intellectus aut ipsam naturā colorat. Sic ergo patet, quod appetitus alius est fm speciem voluntas & sensualitas, sicut & alia rōne appetit ipsa bonitas, & hæc res bona, nā bonitas appetit per seipsum: sed hæc res bona inquantū participat aliquid. Et ideo, sicut participantia dīr per participationem, vt hæc res bona per bonitatem, ita appetitus superior regit appetitū inferiorē & intellectus eodem modo iudicat de his, qd sensus apprehendit. Sic ergo sensualitas propriū obiectū est res bona, uel cōueniens sentienti: qd quidem contingit dupliciter. Vno modo, quia est cōueniens ad ipsum esse sentiens, sicut cibis & potus, & alia huiusmodi, sicut color pulcher est cōueniens uifui ad uidendum, & sonus moderatus auditui ad audiendum, & sic de alijs. Et sic Magister cōplete sensualitatem notisit: per hoc n. quod dicit, quod est quædam uis animæ inferior designatur eius distinctione ab appetitu superiori: per hoc autem quod dicit, ex qua motus, qui intendit in corporis sensus, ostenditur eius habitudo ad ea, quæ sunt cōuenientia sensui ad sentiendum: per hoc autem quod dicit, atque appetitus rerum ad corpus pertinentium, ostenditur eius habitudo ad ea, quæ sunt cōuenientia ad conferuandum esse sentientis.

D. 11125  
E AD PRIMVM ergo dicendum, quod aliquid pertinet ad sensualitatem tripliciter. Vno modo, sicut qd est

## QVÆST. XXV. DE SENSVALITATE, ART. II.

**E**s de essentia sensualitatis, & sic ad sensualitatē p̄tinēt foli appetitiū uires. Alio modo sicut id qđ p̄c̄x̄gitur ad sensualitatem, & sic uires sensitiuæ apprehensiua ad sensualitatem pertinēt. Alio modo sicut id, quod sensualitati obsequitur, & sic motuē exequentes ad sensualitatem pertinent. Et sic verum est, quod omnia quae sunt nobis communia & bestiis, ad sensualitatem pertinet aliqualiter, quā uis non omnia sit de essentia sensualitatis.

In cor. ar. &  
ad 3. arg.

**A**D SECUNDUM dicendum, quod Augustinus hoc quod dictum est, subiungit ad explicandum quales sunt actus sensuum exteriorum in quos motus sensualitatis intenditur, non quod ipsum sentire corporalia sit sensualitatis motus.

**A**D TERTIUM dicendum, qđ ratio inferior h̄et motum circa corporis sensus: sed nō eodē modo sicut sensus sua obiecta percipiunt, nā sensus percipit sua obiecta particulariter, rō uero inferior habet actū circa sensibilia secundum aliquam intentionē universale. Sensualitas uero hoc modo tendit in obiecta sensuī, sicut & ipsi sensus, scilicet particulariter.

**A**D QUARTVM dicendum, qđ in tētatione primo rum parentum, serpens non solum propositus aliquid, ut appetendum, sed suggestō decepit. Non aut decipere homo proposito sensibili delectabili, nisi iudicium rōni per passionem appetitiū partis ligaretur, & ideo sensualitas uis appetitiū est.

**A**D QUINTVM dicendum, qđ sensualitas dī esse uicina rōni scientiā, non quantum ad genus potentia, sed quantum ad obiecta, quia utraque circa tempora uersatur, licet alio, & alio modo, ut dictum est.

**A**D SEXTVM dicendum, quod dī diversitas appre-hensionem per accidens se habet ad appetitiū uires, nisi diversitati apprehensioni diversitas apprehensionum coniungeretur, nam sensus qui nō est nisi particularium non apprehendit bonitatem absolutam: sed hoc bonum. Intellexus vero quia est uniuersalium, apprehendit bonitatem absolutā, & ex quo diversificari appetitus inferior a superiori, ut dictum est.

**A**D SEPTIMVM dicendum, qđ bonum in quod fert appeti us sensibili, si bonum particulare, quod cōsiderat, ut hic, & nunc, siue sit necessarium siue contingens, quia etiam uidere solem est oculis delectabile, ut habetur Eccl. 11. siue sit uerum bonum, siue apparet. Vnde patet responsio ad octauum.

**A**D NOVNVM dicendum, qđ sensitua pars dupliciter accipit. Quādoque s̄m quod diuiditur contra appetitiū, & sic continet uires apprehensiua tantū. Et hoc modo sensualitas non pertinet ad sensitū partē nisi sicut ad id, quod est quasi eius origo: vnde & ab ea poteſſi denominari. Quādoque uero accipit se secundum quod comprahendit in te, & appetituū & motiuū, prout anima sensibili dividitur contra rationalem & vegetabilem. Et sic in sensitua parte anima sensualitatis includitur.

**A**D X. dicendum, quod ratio inferior alio modo intendit in corporis sensus, & in res ad corpus pertinentes, quam sensualitas, ut prius dictum est, & propter hoc ratio non sequitur.

### ARTICVLVS II.

**V**irum sensualitas sit una simplex potestas, uel diuidatur in plures, scilicet irascibilem, & concupisibilem.

**S**ECUNDO queritur, utrum sensualitas sit una sim-plex potentia, uel diuidatur in plures potentias,

**F**elicet irascibilem, & concupisibilem. Et videtur qđ sit una simplex potentia non diuisa in plures potestas, quia in definitione sensualitatis dicitur, quod est quādam vis anima inferior, quod non dicitur si in se plures vires continet. ergo videtur qđ

**¶ 2** Pr̄t. Eadē potētia anima est virtus cōuenientis, ut visus albi, & nigri, sicut dicitur in fundo de Anima. Sed cōueniens, & nocivum sunt contraria, ergo eadē vis anima se habet ad virumque cōcupisibilem, se h̄et ad cōueniens, irascibilem vero ad nocivum. ergo eadē vis est irascibilis, & cōcupisibilis, & sic sensualitas non diuiditur in plures vires.

**¶ 3** Pr̄t. Per eandem virtutem aliquis recedit ab uno extremo, & accedit ad alterum, sic utrūque grauitatis lapis recedit a loco supremo, & accedit ad locum infimum: sed per vim irascibilem anima recedit a nocivo fugiendo ipsum, per vim autem concupisibilem accedit ad cōueniens concipiēdo ipsum. ergo eadem vis anima irascibilis, & cōcupisibilis, & sic idem quod prius.

**¶ 4** Pr̄t. Proprium obiectum gaudii est cōueniens, gaudium aut nō est, nisi in cōcupisibilem ergo proprium obiectum cōcupisibilis est cōueniens, sed cōueniens est obiectū totius sensualitatis, ut p̄ ex definitione sensualitatis præexplicata, nam res ad corpus pertinētes sunt res corpori cōuenientes, ergo tota sensualitas nihil aliud est quam cōcupisibilis: aut ergo irascibilis, & cōcupisibilis sunt idem, aut irascibile ad sensualitatem non pertinet, & quod cōque horum detur habetur propositum, quod sensualitas est una simplex vis. Sed dicendum quod sensualitas obiectum est etiam nocivum, sicut disconveniens, ad quod irascibile se extende.

**¶ 5** Sed contra, Sicut cōueniens est obiectū genitū, ita non nocivum, vel disconveniens est obiectū infirmū: sed tam gaudium quam tristitia sunt in cōcupisibili, ergo tam cōueniens quam nocivum sunt obiectum cōcupisibilis, & sic quicquid est obiectum sensualitatis est obiectum cōcupisibilis, & ita idem quod prius.

**¶ 6** Pr̄t. Appetitus sensibili præsupponit appre-hensionē, sed eadē vi apprehensia apprehendit cōueniens & nocivum. ergo & eadem vis appetitiva se habet ad virumque, & sic idem, quod prius.

**¶ 7** Pr̄t. Secundum Augustinum est ira inuesti-

rata: sed odium est in cōcupisibili, ut probatur in

secundo Topico, quod amor est in eadem, ira autem in irascibili. ergo eadem vis est irascibilis, &

cōcupisibilis: alter enim ira non possit esse in

vira que.

**¶ 8** Pr̄t. Illud anima, quod cuilibet potentie cōpetit, non requirit potentiam determinatā ab alijs distinctam: sed cōcupiscente ad qualibet potentiam anima pertinet, quod pater ex hoc, quod quædam potentia anima, ita suo obiecto delectatur, & illud cōcupiscent. ergo ad cōcupiscentium non debet aliqua potentia ordinari ab alijs distincta, & sic cōcupisibilis non est alia potentia ab irascibili.

**¶ 9** Pr̄t. Potentie secundum actus distinguuntur

id in quolibet actu irascibilis includitur actus con-

cupisibilis, nam ira habet cōcupiscentiam ininde-

ctā, & sic de alijs. ergo cōcupisibilis non est alia

potentia ab irascibili.

**¶ 10** SED CONTRA est, qđ Damascenus distinguit ap-

petitū sensituum in irascibilem, & cōcupisibili-

lem, & similiter Gregorius Nifflens in lib. quen-

de Anima, & eius viribus scribit: appetitus autem inferior est sensualitas, ergo sensualitas in se plures vires continet.

**¶ 2.** Præt. In lib. de Spiritu, & anima distinguuntur haec tres vires motiva, rationalis, concupisibilis, & irascibilis: sed rationalis est alia vis ab irascibili, ergo & irascibilis a concupisibili.

**¶ 3.** Præt. Philosophus in 3. de Anima ponit in appetitu sensitivo desiderium, & anima, id est irascibile, & concupisibile, quæ sunt adiuicem diuersæ potentie, quod quidem hoc modo videri potest. Appetitus n. sensitius quan-

dam conuenientiam habet cum appetitu naturali, in quantum eterne tendit in rem conuenientem appetenti. Inuenitur autem appetitus naturalis ad duos secundum duplex operationem rei naturalis. Una quarum est, per quam res naturalis natiuit per qualitatem actiuanam, & hoc quidem necessarium est corruptibile: quia nisi haberet virtutem qua sum contrarium vincere, ab eo corrumperetur. Sic ergo appetitus naturalis ad duo redit. Et ad consequendum id, quod est cōgruum, & amicū naturæ, & ad habendum quandam victoriam super illud, quod est ei aduentum. & primum est quasi per modum receptionis: secundum vero est per modum actionis, unde ad diuersa principia reducitur. Recipere enim, & agere non sunt ab eodem principio, ut ignis, qui per levitatem fertur sursum, per calorem contraria corruptit. Ita in appetitu sensibili ita duo inueniuntur, nā animal per appetituum potentiam appetit id, quod est cōgruum, & amicū sibi, & hoc per vim concupisibilem, cuius proprium obiectum est delectabile secundum sensum. Appetit etiam habere dominium, & victoriam super ea, quæ sunt sibi contraria, & hoc per vim irascibilem. Unde si quod eius obiectum est aliquid arduum. Et sic pater, quod irascibilis est alia potentia a cōcupisibili. Nam aliam rōnem appetibilitatis habet aliquid ex hoc, quod est arduum, cū quandoq; illud, qd est arduum a delectatione separat, & rebus circumstantibus immiscitat: sicut cum animal relīcta voluptate, cui vacabat aggreditur pugnam, nec retrahitur propter dolores quos sustinet. Et iterum vna carum. f. concupisibilis videtur, ordinata ad recipiendum: hæc n. appetit, ut ei suum delectabile coniungatur. Altera vero. Irascibilis est ordinata ad agendum: quia per actionem aliquam supererit id, qd est cōgruum, vel nocium, ponens in quadam alitudine victoriae super ipsum. Hoc autem cōiter in potentia animæ inuenitur, quod recipere, & agere ad diuersas potentias pertinent: sicut pater de intellectu agente, & possibili. Et inde est, quod ēm. Autem ad irascibilem pertinet fortitudo, & debilitas cordis quā virtuti ordinata ad agendum ad cōcupisibilem aut dilatatio, & cōstrictio ipsius quā viri ordinata ad recipiendum, pater igitur ex dictis, qd irascibilis quodammodo ad cōcupisibile ordinat, sicut propugnatix ipsius. Ad hoc n. necessarium fuit animali per irascibilem victoriam de contrariis consequi, ut concupisibilis sine impedimento suo delectabilis potiretur. Cuius signum est, quod propter delectabilis pugna est inter animalia. s. pp coitum, &

A cibum, ut dicitur in octavo de Animalibus. Et inde est, quod oēs passiones irascibilis habet, & principiū & finē in concupisibili, nā ira incipit ex aliqua tristitia illata, quæ est in concupisibili, & terminat post uindictā adeptā ad gaudium, qd iterum est in cōcupisibili, & similiter spes incipit a desiderio uel amore, & terminatur in delectatione. Scindum est aut, q tam ex parte apprehensionis uirū, quæ ex parte appetitiū sensitivæ partis aliquid est qd cōpetit sensibili aīa fm propriā naturā aliquid uero ēm quod habet aliquā participationē modicam rōni attingēs ad ultimū eius in suū supremo, sicut dicit Dionysius in 7. c. de Diuina nomin. quod diuina

sapiēta cōtūgīt fiues primordiū principiū tecūdorū. <sup>līus.</sup> sicut uis imaginativa competit animæ sensibili fm propriam rōnem, quia in ea referuant formæ per sensum accepta: sed uis axiomatica, per quā animal apprehendit intentiones non acceptas per sensum, ut amicitiam uel inimicitiam, in est aīe sensitivæ fm quod participat aliquid rōni. unde rōne huius extimationis dicuntur animalia, quād prudentiā habere, ut patet in principio Metaphysicorum: sicut qd ouis fugit lupū, cuius inimicitiam numquam sensit: & similiter ex parte sensitivæ nā quod animal appetat id, quod est delectabile fm sensum quod ad concupisibilem pertinet, hoc est secundum propriā rōnem sensibilis animæ: sed quod relicto delectabili appetit uictoriā, quam cōsequitur cum dolore, quod ad irascibilem pertinet, cōpetit ei secundum attingit aliquid appetitū superiorem. unde ira scibilis est propinquior rōni & uoluntati, quā cōcupisibilis. Et propter hoc incontinentis ira est minus turpis, quam incontinentis concupiscentia, ut pote minus priuatus rōne, ut dicit Philosophus in 2. Eth.

<sup>7. Eth. 4. 8. 10.</sup> <sup>mo. 5.</sup> patet igitur ex dictis quod irascibilis & concupisibilis sunt diuersæ potentie, & quid est obiectū utriusque, & quomodo irascibilis mutat concupisibile, & est superior & dignior ea, sicut extimatio inter ceteras apprehensiones uirtutes sensitivæ partis.

**C** AD PRIMVM ergo dicendum, quod sensualitas di uit esse uis singulatiter: quia est una in genere, quamuis per alias partes dividatur.

AD SECVNDVM dicendum, q tam cōueniēs delectabile, quā nociuū tristabile ad concupisibile perirent, fm quod unum est fugiendū & alterū cōlequendum: sed habere quādā altitudinem super utruque, vt. si no ciuum possit superari, & delectabile cum securitate quadam possideri, ad irascibilem perirent.

AD TERTIVM dicendum, q recedere a noxiuo & accedere ad delectabile utrumque concupisibili competit: sed impugnare & superare id, quod potest esse noxiuum, hoc pertinet ad irascibilem.

E Et per hoc pater responsio ad quartum & quintū: quia conueniens est obiectū concupisibilis secundum quod est delectabile: sed totius sensualitatis secundum quod est quomodo cumque expediens animali uel per viam ardui, uel per viam delectabilis.

AD SEXTVM dicendum, q eadē appetitua cōcupisibilis est cōueniēs profectiva, & incōueniēs fugitiva, unde irascibilis & concupisibilis non distinguuntur per cōueniēs & nocium, ut ex dictis patet.

AD SEPTIMVM dicendum, q cum dicitur odium <sup>In solut. ad</sup> est ira inueterata, illi predictio per causam, & non per essentiam, nam passiones irascibilis terminantur ad passiones concupisibilis, ut dictum est.

AD OCTAVVM dicendum, q concupiscere appetitū alii ad solā cōcupisibilem pertinet: sed concupisci- <sup>In corp. 28.</sup> cere

QVÆS. XXV. DE SENSVALITATE, ART. III.

secre appetitu naturali pertinet ad quamlibet potētiā, nā quelibet potentia aīa natura quādā est, & naturaliter in aliq d' inclinat, & similiter est distinguēdum de amore & delectatione & alijs huiusmodi.

AD NONVM dicendum, quod in definitione passionum irascibilis ponitur actus appetitivæ cōmuniæ ut appetere, non autem aliquid ad concupiscentiam pertinet, nisi sit principia vel terminus, usi dicatur, quod ita est appetitus vindictæ propter precedentem constitutionem.

ARTICVLVS III.

Vtrum irascibilis & concupisibilis sint tantum in appetitu inferiori, vel in superiori.

**T**ERTIO queritur, vtrum irascibilis & concupisibilis sint tantum in appetitu superiori, vel etiam inferiori. Et videtur quod in superiori, nā appetitus superior ad plura se extendit quam appetitus inferior, cum sit, & corporalium, & spirituallium. si ergo appetitus inferior diuiditur in duas vires, scilicet irascibilem & concupisibilem, multo fortius & superior diuidi debet.

¶ 2 Præt. Quæcumq; vires sunt aīa fm seipsum ad superiore pertinente partem, nam vires inferiores sunt communes animæ & corpori sed irascibilis & concupisibilis sunt animæ secundum seipsum unde dicitur in lib. de Spiritu & Anima, has potentias habet anima antequam corpori nascatur, si qdem sunt ei naturales, nec aliud fuit quā ipsa tota, namque anima substantia in his tribus plena, & perfecta consistit, idest in rationalitate, concupiscentia & irascibilitate. ergo irascibilis & concupisibilis ad appetitum superiore pertinet.

¶ 3 Præt. Secundum Philosophum in lib. de Aia & undecimo Metaphysicorum sola pars animæ rōnalis est a corpore separabilis, sed irascibilis & concupisibilis remanent in anima a corpore separata, ut dicitur in lib. de Spiritu & Anima, ergo irascibilis & concupisibilis ad partem rationalem pertinet.

¶ 4 Præt. Imago trinitatis quærenda est in superiori parte animæ, sed secundum quodam assignatur imago in rationali, irascibili, & concupisibili, ergo irascibilis & concupisibilis ad superiore partem pertinent.

¶ 5 Præt. Charitas dicitur in concupisibili, spes autem in irascibili: sed charitas, & spes non sunt in appetitu sensitivo qui non potest extendi ad immaterialia. ergo irascibilis & concupisibilis nō sunt tantum in appetitu inferiori, sed in superiori.

¶ 6 Præt. Vires humana dicuntur illa quas homo supra cetera animalia habet, quæ pertinent ad superiore animæ partem: sed distinguuntur a magistris duplex irascibilis, humana & non humana, & similiter concupisibilis. ergo prædictæ vires non sunt tantum in appetitu inferiori: sed in superiori.

¶ 7 Præt. Operationes virum sensitivorum tam apprehensionum quam appetituarum non manent in anima separata, quia per corporis organa exercētur, alias anima sensibili in bruis ester incorruptibilis utpote potens suam operationem habere per seipsum: sed in anima separata remanent gaudium & tristitia, amor, & timor, & alia huiusmodi, quæ attrahuntur irascibili & concupisibili. ergo irascibilis & concupisibilis non sunt tantum in sensitiva parte, sed etiam in intellectiva.

SED CONTRA, est quod Damas. & Grego. Nissenius & Philosophus ponunt esse eas in sensibili appetitu tantum.

**R**ESPON. Dicendum, q; cum aīus appetituarum partium præsupponat actum apprehensionis, & distinctio appetituarum admittit, aliquantum similitudinem autem hoc in apprehensionis potentia, qd respectu illarum, appetitiva superior manet una, & indistincta, res ipsa est quarum apprehensionis inferiores distinguuntur. Vna. n. intellectiva potentia cognoscens omnia sensibilia quātūn ad earum naturas, respectu quæ vires sensitivæ distinguuntur. Vnde fm Augusti, art. aliud est, quod videt, & qd audit: sed intellectu in intellectu est id. Et similiter est de appetitus.

qd appetitiva superior est una respectu omnium appetibilium, quanvis appetitus inferiores respectu diversatum appetibilium distinguuntur. Causa ex virtute parte est, quod vis superior habet obiectum uniuersale: sed inferiores vires habent obiecta particularia. Multa autem per se concomitantibus, que per accidens le habent ad vincere. Et ideo cum accidentia differentia non diversificat specie, sed solum illa, quæ est per se, potest inferiores inueniuntur fm speciem distinctionis; sed superior potentia remanet indistincta, sicut pater quod obiectum intellectus est, quod quid est, vnde est potentia intellectus se extendit ad omnia, quibus habent quidditatem, nec diversificatur per qualiterias, quæ rōne quidditatis non diversificantur.

Sed cum obiectum sensus sit corpus, quod obiectum mouere organum, fm diversam rōnem ostendit. oportet potentias diversificari. vnde alia potentia est visus, & auditus: quia alia rōne inveniuntur color, & sonus, & similiter est ex parte appetituum, nā obiectum appetitus superiors, vigea. Autem est, est bonum absoluere: sed obiectum appetitus inferioris est res aliquo modo proficiuntur.

**H**I. Arduum autem, & delectabile, non fm eadem ratione conuenientia animali, vt ex predictis patet. Et ideo per hoc essentia litera diversificatur obiectum appetitus inferioris: non autem obiectum appetitus superioris, qd est in bonum absolute quoconque mō. Scendum tñ est, quod si est intellectus naturæ quæ operatione circa eadē, circa quæ sensus operatur: sed altiori mō, cum cognoscat uniuersitatem immaterialiter, qd sensus materialiter, & particula riter cognoscit, ita appetit: superior circa eadē operatione eu appetitus inferioribus, quām altiori mō, nā inferiores appetitus tendit in tua voluntate materialiter, & cum aliqua passione corporali, qbus passionis nomen irascibilis, & concupisibilis imponit. Appetitus vero superior hēt aliquæ actus similes inferiori appetitu: sed abiq; omni passione. Et sic operationes superiores appetitus continent interdum nomina passionis, sicut voluntas vnde dī ira, & quietatio voluntatis super aliquo diligibili, dī amor, & eadem rōne ipsa voluntas, q; haec actus producit, dī interdum irascibilis, & concupisibilis, non tamē ita: quod in voluntate aliquo vires diversæ similes irascibili, & concupisibili.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd quis appetit: siquid ī plura se extēdat quā inferior, in qua hēt voluntate bonū p; apprio obiecto nō diuidit plures portantes.

AD SECUNDVM dicendum, qd liber ille nō est Augusti, oportet eū i auctoritate accipere: nō potest dici, qd intelligit de irascibili, & concupisibili similitudinante dictis: vel loquitur quātūn ad origine potentiarum, qd oīs potentia sensitiva ex essentia animæ fluunt.

**A**d iii. Dicendum, quod circa sensitus spointentias animæ est duplex opinio. Quidam n. dicunt, quod manent in anima separata secundum essentiam: alii vero quod manent in essentia animæ, sicut in radice, & quocumque modo dicatur, non alio modo remanent irascibilis & concupisibilis quam sensitivæ uires, unde in libr. prædicto dicitur, quod anima recedens a corpore trahit secum sensum & imaginationem.

**A**d iii. Dicendum, quod Aug. in li. de Tri. investigat multos modos Trinitatis in anima nostra in quibus est aliqua similitudo Trinitatis increta, quamvis uera rō imaginis sit solum in mente, & ratione prædictæ similitudinis aliqui ponunt imaginem in rationali, irascibili, & concupisibili quamvis non sit propriæ dictum.

**A**d v. Dicendum, qd charitas & spes non sunt in irascibili & concupisibili proprie loquendo, cum dilectio charitatis expectatio spei sint sine passione: sed dicitur charitas esse in concupisibili inquantu est in uoluntate, prout hæc actus similes concupisibili, & simili rōne dñe esse spes in irascibili.

**A**d vi. Dicendum, qd irascibilis & concupisibilis dicuntur esse humanæ, sive rationales non per essentia quasi ad partem superiorum pertincent: sed per participationem in quantum obediunt rationi, & participant regimen eius, ut Damas. dicit.

**A**d vii. Dicendum, quod gaudium & timor, qd sunt passiones, non remanentur anima separata, cum corporali immutacione peragantur: sed remanent actus uoluntatis similes illis passionibus.

## ARTICVLVS. I.III.

Verum sensualitas obediatur rationi.

**Q**uarto queritur, utrum sensualitas obediatur rationi, & uidetur quod non. Rom. 7. dicit. Nō enim quod uolofaci: sed quod odi malum, illud facio. hoc enim dicitur ut quedam gl. exponeat ppter motus sensualitatis. ergo sensualitas voluntati & rationi non obedit.

**T**erzo prædicto dicitur, video aliam legem in mebris meis repugnare legi mentis mee: hac autem lex est concupiscentia. ergo repugnat legi mentis, id est rationi, & ita non obedit ei.

**T**etrtius. Sic ordinantur apprehensiæ adiuicē, ita appetitus: sed intellectus non habet in potestate sua actus exteriorum sensuum; non enim uideamus aut audimus quicquid intellectus decernit. ergo nec motus sensualitatis sunt in potestate rationalis appetitus.

**T**ertius. Naturalia in nobis non subduntur rōni: sensualitas naturali impetu tendit in suum appetibile. ergo motus sensualitatis nō subdit rationi. **T**ertius. Motus sensualitatis sunt animæ passiones ad quas determinatae dispositio corporum reguntur, ut Auic. determinat, sicut ad iram sanguis calidus & subtilis, ad gaudium tēperatus sanguis: sed dispositio corporalis non subdit rōni. ergo nec motus sensualitatis.

**S**ed contra est, quod Damas. dicit, quod irascibilis & concupisibilis participat aliqualiter rōnum, quæ sunt partes sensualitatis. ergo & motus sensualitatis est in potestate rationis. hoc idem habet ex dictis Philo. in 1. Eth. & ex Grego. Niseno. **R**espon. Dicendum, qd in ordine mobilium & motorum est deuenire ad aliud primum, quod est mouens se à quo mouet illud, qd non est ex se motum: quia oē quod est per aliud reducitur ad pse, ut habetur ex 8. Physi. unde cum uoluntas seipsum moueat ex hoc quod est dñs sui actus, oportet

